

37

In nomine Domini amen. Cum negotia et con-
tractus hominum, quantumcunque perpensis di-
gesta consilio, propter varietatem humana
nature revocantur in dubium, et plerumque
irritantur, nisi auctoritate literarum per-
hennentur. Proinde nos Vladislaus Dei gra-
tia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae,
Sandomiriae, Siiradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Li-
twanieque princeps supremus, Pomeraniae,
Russieque dominus et haeres. Significamus
tenore presentium universis et singulis pre-
sentium notitiam habituris. Quomodo thesau-
ri nostri conditionem in fructus reducere am-
pliores, et utilitates, castro nostro Calisiensi,
quod specialibus prerogativis fulciendum sa-
tagimus, augere et multiplicare intensius de-
siderius cupientes. Ex nostra scientia et ma-
tura deliberatione previa, cum venerabili
devotisque preposito et conventu Micchovi-
ensi ordinis sancti Augustini sacrosan-
cti sepulchri Domini Hierosolymitani ta-
lem fecimus et facimus permutationis
contractum. Quod ipsis eorumque successori-
bus villam nostram Garbowo in districtu
Siiradiensi sitam, prout in suis metis et
granitiibus longe, late, et circumferentia,
liter est distincta, pro villa ipsorum Mo-
stowo, in districtu Calisiensi sita, iusto
et perpetuo titulo permutationis dedi-
mus, contulimus, damus, et conferimus,
resignavimus et resignamus per presentes,
per ipsos prepositum et conventum eoru
successores, cum omnibus et singulis per-

petuis

Monastica.

Lisowski.

inentiis suis, fructibus, utilitatibus, censibus,
reditibus, proventibus, pratis, agris, campis, pa-
scuis, silvis, gariis, mericis, borris, mellificiis,
quercetis, pinetis, virgultis, rubetis renovationi-
onibus, aucupationibus, aquis, rivis, fluminibus, la-
cubus, paludibus, piscinis, piscataris molendi-
nis et emolumentis, coherentibus et appenditiis
universis, ad ipsam quomodolibet spectan-
tibus, perpetualiter et irrevocabiliter tenen-
dam, habendam, utifruendam, quiete et pa-
cifice possidendam, et cum voluntate et
scientia nostris vendendam, commutandam,
et alienandam, nihil iuris, proprietatis,
aut Domini pro nobis et nostris succes-
soribus in eadem penitus reservantes. Et
remimus, et absolvimus etiam villam pre-
dictam et eius incolarum presentes et futu-
ros, ab omnibus angariis, preangariis, la-
boribus, contributionibus, et exactionibus
castri nostri Siradiensis, preter censum
Bonadine vulgariter nuncupatum, quem
pro nobis et nostris successoribus pre-
sentibus reservamus, villa vero ipsorum
Modtowo predicta, ad nos et successores
nostros, cum plenitudine pertinentiarum
suarum huiusmodi perpetue permuta-
tionis titulo derivetur. Harum nostrarum
testimonio literarum quibus sigil-
lum nostrum est appensum. Actum et
Datum Sandomiria ipso die festi na-
tivitatis beate virginis Marie virginis
anno Domini millesimo quadringente-
simo vigesimo quarto. Presentibus ibidem
reverendis patribus Dominis Alberto archie-
piscopo Gnesnensi, Hugone Cracovien. et
Joanne Chelmensi episcopis. Nec non ma-

gnificis

ficus Cristino De Ostrow castellano Craco,
viensi, Sanduivogio De Ostrorog Povernarien,
si, Joanne de Tarnow, Nicolao De Micha,
low Sandomiriensi, Jacobo De Koniecpole
Sivadiensi palatinis. Datum per manus
venerabilium Joannis Schaffraniec Decani
cancellarii, et Stanislai Czotek cantor
Cracoviensis vicecancellarii regni Polo,
nid, fidelium nostrorum dilectorum.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]